

IN MARI OCEANO

Magistri Phan-Hoang epistulae

Epistula prima: Trang-Si-Viet

CHI-KIEM discipulis

et etiam 'pro pace Instructores', Viet-Chi Post, Vo Viet Journal

In isto autumnali tempore, anno MMVIII, per Europam peragro ab Idibus Octobribus usque ad Idus Decembres. Deinde Okinawam ibo. Ibi manebo usque ad Idas Ianuarias et multos alios Nipponicos locos circumibo. In meis peregrinationibus TRANG-SI-VIET praecepta in animo habeo, vitae instituta antiquitus spectantia ad 'Vietnamitici Gladii Homines'.

In hoc longa peregrinatione occasionem scribendi epistulas capto, meisque discipulis de variis rebus litteras mittam.

His multis epistulis nomen est 'ABOVE THE OCEAN - IN MARI OCEANO'

Hanc epistulam scribo mense Novembri primo, anno MMVIII. Matutinus sol omnia illuminat. In Italia sum, apud tranquillissimam aedem Buddista Tibetanam, in parva urbe Pomaia. Ad hanc aedem, vesperi die XXVI, mense Octobri, perveni ut in solitudine parumper manerem. In hoc sacro loco tempus aeternum, spatium infinitum videtur. Omnia nullius momenti sunt. Qua de re a TRANG-SI-VIET, id est optimo antiquo equite Vietnamitico, in hac prima epistula initium capio.



In Europa 'eques' verbum notum est. Significatus multi sunt: a. Miles bonus cui militaria privilegia sunt, in medioaevo. b. Qui hanc propriam dignitatem, quod bonus est vel beneficium patriae tribuerat, obtinuit. c. Qui alicuius ordinis collegique est. In Nipponica terra Samurai nominati sunt illi nobiles divites, qui sibi artem militarem constituerant. Vietnamiticus Trang-Si dissimilis est istis omnibus.

Trag-Si, id est TRANG-SI-VIET (TSV), nullam dignitatem, nullum privilegium habent. Bene pugnant, sed milites non sunt. Cum disciplinae, qua aliquid a doctrina Buddista traxit, dediti sint, monaci non sunt. Homines sunt, qui modestissime vivunt, quod honesti et bene morati sunt. Sua sponte honeste vivunt, nulla potestas eos regit.

Spes animaque Vietnamiticae gentis, etiam in hoc tempore, sunt. Si hostes patriam invadunt, pro ea pugnant, nomine Dung-Si appellati. Si fortuna mala est, Nghia-Si fiunt, seduli difensores veritatis iurisque. Si quis auxilium petit, auxilio veniunt, tum, illis nomen 'Hiep-Si' est.

Nulla scripta de regulis et vitae illorum hominum (i.e. Trang-Si) institutis sunt. Vietnamitica natio, autem, eos cognoscit et amat. Depincturus aliquas imagines et eorum antiquos mores depincturus sum, ut mecum sentio, sine ulla investigatione, ut illi exempla meis discipulis qui exercent Pacis Gladium sint, forte 'Pro Pace Instructoribus'. Cum viri tum feminae TRANG-SI-VIET esse possunt. Vietnamitico sermone masculinum vel femininum inusitata sunt, qua de

causa genera indistincta sunt. Si genus necessarium est in Vietnamitico sermone praeverbium ‘n’ additur, in exemplum n_mon sinh, n_giao-s_.

Nunc tribus TSV principiis studemus, id est:
tunicae (Ao-Choang),
gladio (kim)
honori (Danh-d)

TSV praecipue peregrinatores sunt. Eorum Ao-Choang vere tunica non est, sed pannus fere quadratus, cuius superior pars patet. Supra vestis est, in eam illi induuntur. Ao- Choang res gravis est, usus autem, belli domique varius mirusque. De quibus et de maioribus nostris scripturus sum, ut ex iis exemplum sumatis ad imitandum.

Phan-Hoang

N.B. Iva Edioque bene adiuvantibus, Ao-Choang factum est. Formam Magistri Filipe Tue-Phu et Angelo Ricardo, qui nunc illam habent, dederunt. Confectio facilis est. Omnes Chi-Kiem discipuli possunt id induere. Si formam vis, eam a Edio pete, videque Viet-Chi Post vel Vo-Viet Journal.

(www.vovietjournal.org)



AO-CHOANG longum et latum CXL cm.
est, pro hominibus medio corpore.



AO-CHOANG complicatum et ita dimidiatum